

Similiter et alia cella ubi requiescit sanctus Prolianus in corpore; similiter et alia cella^a quae dicitur Audoldo uillare, ubi sanctus Ypolitus requiescit, et tertia cella infra vasta Uosgo aedificavi, ubi sanctus Cöcofatus requiescit, super fluvium Laima, quae dicitur Folradocella; similiter quarta cella infra Alamannia, quae dicitur Hairbertingas, ubi sanctus Ueranus requiescit; [simil]iter^b quinta cella, quae Adalungus me tradidit, quæ dicitur Adalungocella, ubi sanctus Georgius requiescit; similiter sexta cella, ubi sanctus Uitalis requiescit, super fluvium Necra, quae Afti me tradidit, quantumcumque ad ipsas cellas aspicere videntur et conlatu populi ibidem delegavit, tam terris mansis campis pratis silvis pascuis aquis aquarumve decursibus vineis farinariis greges cum pastoribus servis ancillis litis aurum argentum codices aeramen ornamenta ecclesiarum, patellas ad salo faciendum in vico Bodacio seu Marsallo una cum sessis eorum, sicut dixi, et omnes suppellectile, quantumcumque ad ipsas cellas repertum fuerit, totum et ad integrum a die presente a partibus sancti Dionysii et monachorum suorum delegavi. Et dum ego vixero, ipsas res in mea potestate habere debeam; post meum quoque discessum absque ullius iudicis contradictione a partibus sancti Dionisii et monachorum eius debeant revertere. Et nullus heredesque meorum potestatem habeant contra hanc traditione mea agere; et si conaverit, inferat una cum sociante fisco auro libras LXX argento pondus CC coactus exsolvat et quod repetit evindicare non valeat, cum stipulatione *c.

Actum publice Haristalio anno nono quartoque regnante Karolo gloriosissimo rege Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum.

Ego Folradus capalanus (SS.)^d

In dei nomine Maginarius consensi et (SS. NT: *Ma-gi-na-rius*)

† signum Teoderico comite

signum † Fulfardo

signum † Baldulfo

signum † Folrado

signum Teodulfo

signum † Hattritto

† signum Crodone

† signum Hartgero

† signum Hildrado comite

† signum Raulcone comite

signum † Gislemaro

† signum Hainrado

† signum Arihardo comite

† signum Raulcone comite

† signum Herleberto

† signum Niuino

item signum † Hildrado comite

signum † Anselmo comite palatio

signum † Ricaugio

signum † Richardo

a) 'similiter et alia cella' von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen. b) Loch im Pergament. c) 'subnexa' fehlt. d) Diese und sämtliche Unterschriften, Subscriptionszeichen und Kreuze von der Hand des Schreibers.